

Band II., Nr. 311, Seite 10-11

Papst Innozenz II. nimmt das Kloster St. Georgen mit genannten Besitzungen und Rechten in seinen besonderen Schutz und verleiht demselben noch weiter ausgedrückte Begünstigungen.

Lateran, 1139. April 14.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Ioanni, abbati monasterii sancti Georgii, quod situm est in Sylva Nigra iuxta flumen Brigannam, eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuam memoriam^a. Apostolicae sedis clementiae convenit, religiosa et sancta loca diligere, eorum quieti et utilitati paterna sollicitudine providere, ut, quemadmodum divina clementia patres in dei populo dicimur, ita per dei gratiam effectibus comprobemur. Eapropter, dilecte in domino, tibi, Ioannes^b abba, tuis et fratrum tuorum desideriis apostolica benignitate impertimur assensum, atque ad exemplum praedecessoris nostri, sanctae memoriae Urbani papae, monasterium sancti Georgii, cui auctore deo praeesse dignosceris, quod utique a nobilibus viris Hezelone et Hessone, ipsius loci fundatoribus, beato Petro apostolorum principi collatum^c, sub eiusdem apostolorum principis tutela et defensione suscipimus, ipsumque cum omnibus ad ipsum pertinentibus praesentis scripti robore communimus; statuentes, ut quascunque possessiones, quaecunque bona a praefatis viris vel ab aliis fidelibus eidem coenobio sunt collata, quaecunque et in futurum, concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis modis iuste et canonicè poterit idem locus acquirere, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: villam, quae dicitur Stetten, tertiam partem villae Phiezen, praedium in loco, qui dicitur Cambit¹ et Flausingen², villam Walda³ et Eckha⁴, Degernauw, Ingeltingen, Eysstetten, praedium Ouvingen⁵, Leidringen, Degewingen⁶, Magerbeni,

^aIm Original vermutlich statt der fehlerhaften Auflösung *in perpetuam memoriam* die abgekürzte Formel *in perpetuum*.

^bIm Original vermutlich statt *tibi Ioannes: fili I.*

^cIm Original vermutlich hinter *collatum: est*.

¹Kleinkems, nicht das näherliegende Kems.

²Aufgrund der Bestätigungsurkunde von 1179 Blansingen, sonst hätte an Flözlingen, wo St. Georgen begütert war, gedacht werden können.

³In Königseggwald, OA Saulgau zu suchen.

⁴In Königseggwald, OA Saulgau zu suchen.

⁵Owingen, Haigerloch, BL, nicht Öfingen, Bad Dürrenheim, VS oder Owingen, Owingen, FN.

⁶Täbingen, nicht Dauchingen.

II

Vvluoling⁷, Baltrameshoven, Tindenhoven, Gugenwaldt, Achara⁸, Schlatta, Betehoven, Gruningen, Schweningen, Aseheim, Embach, Arnoldesbach⁹, Mulnheim, Drudenheim¹⁰, Altheim¹¹, Endingen, Schopfheim¹², Butenheim¹³, Eggeboldesheim, Osthozen et quasdam sedes tributarias in Wormatia, Schazholdesheim¹⁴, Steneneswilare¹⁵, cellam Luchesheim¹⁶ cum appendiciis suis. Praedium quoque Megenhelmeswilare¹⁷, in quo et cella, quae vocatur sancti Ioannis. Cellam sitam in praedio, quod dicitur Fridenwilare, quod legitima commutatione cambitum est ab ecclesia Augiensi, et cellam Ambtenhusen. Ecclesiam quoque in loco, qui dicitur Vokhenhusen, a te tuisque successoribus et fratribus perpetue procurari permittimus. Decimae quoque omnium rerum, quae de sylva ad eandem cellam pertinente provenient, vel de finitimis locis, alias iam pertinentibus, sicut a venerabili Gebehardo episcopo est constitutum, vestris et fratrum usibus omnimodis cedant. Chrisma sane, oleum sanctum, promotiones ordinum, consecrationes altarium, sive basilicarum, seu alia quaelibet sacra a Constantiensi suscipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit, et gratiam atque communionem apostolicae sedis habuerit, eamque gratis et sine gravitate^d voluerit exhibere; alioqui liceat vobis catholicum, quemcunque malueritis, adire antistitem, et ab eo consecrationum sacra suscipere. Sepulturam vero praefati coenobii et cellarum suarum liberam omnino fore sancimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extremae voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Obeunte autem te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi

^dIm Original vermutlich statt *gravitate*: *pravitate*.

⁷Eventuell Wilfingen; GUSTAV BOSSERT: Zur älteren Topographie Württembergs, besonders im Codex Laureshamensis. In: Württembergische Vierteljahrshefte für Landesgeschichte 10 (1887), S. 58-62 u. 137-154, S. 142, denkt an den „Walbinger Hau“ bei Stetten, Neresheim, AA.

⁸Achern oder Achkarren.

⁹Arnoldesbach = Adlersbach und Adlersbach (Vorderer Hof), Hausach, OG.

¹⁰Drudenheim soll nach TRUDBERT NEUGART (HRSG.) : Codex diplomaticus Aemaniae et Burgundiae transiuranae intra fines dioecesis Constantiensis ceu fundamentum historiae eiusdem dioecesis, 2 Bde., Ulm 1791-95, Anm. uu bei Hagenau im Elsaß liegen. Möglicherweise handelt es sich um das bei Ichenheim abgegangene Trudenheim.

¹¹Eventuell Altheim, Horb am Neckar, FDS.

¹²Schopfheim, Schopfheim, LÖ oder Oberschopfheim, Friesenheim, OG und Niederschopfheim, Hohberg, OG.

¹³Bergbieten, Dep. Bas-Rhin, Frankreich.

¹⁴Oberschaeffolsheim, Dep. Bas-Rhin, Frankreich.

¹⁵Steneneswilare könnte eventuell Gebersweiher im Elsaß sein.

¹⁶Altlixheim, Dep. Moselle, Frankreich.

¹⁷Meyenheimsweiler, heute Saint-Jean-Saverne, gemeint ist die Abtei Saint-Jean-des-Choux.

III

quem fratres communi assensu, aut fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam elegerint. Nulli quoque ecclesiasticae saecularive personae licentia pateat, in iam dicto monasterio aliquas sibi proprietatis conditiones vel haereditarii iuris, vel advocatae vel cuiuslibet potestatis usurpationem, quae libertati ipsius loci noceat, vindicare, seu eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel indebitis fatigationibus infestare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum conservatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Porro advocatum vobis constituendi communi consensu omnino liberam vobis concedimus facultatem, quem nimirum, si monasterio inutilis fuerit, amovere et alium idoneum vobis substituere liceat. Ad indicium autem perceptae huius a sancta Romana sede libertatis singulis annis unum bizantium nobis nostrisque successoribus persolvete. Si quis igitur in posterum huius nostri decreti tenorem^e, contra eum temere venire tentaverit, secundo tertiove commonitus, ni reatum suum congrua emendatione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a domini redemptoris nostri Iesu Christi corpore et sanguine alienus fiat, atque in extremo examine districtae subiaceat ultioni. Conservantes autem hoc omnipotentis dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli apostolorum^f eius benedictionem et gratiam consequantur. Amen. Amen. Amen.

 Datum Laterani per manum Americi, sanctae Romanae ecclesiae cancellarii, XVIII.^g kalendas Maii, dominicae incarnationis anno MCXXXVIII., indictione II., pontificatus domini^h Innocentii papae II. anno X.

—

Nach MARTIN GERBERT: *Historia Nigrae Silvae ordinis Sancti Benedicti coloniae*, 3 Bde., Sankt Blasien 1783-1788. [Neuaufgabe unter dem Titel: *Geschichte des Schwarzwaldes*, aus dem lat. Originaltext übersetzt von Adalbert Weh, 2 Bde., Freiburg i.Br. 1993-96], Bd. 3, Nr. 48, S. 72.

 Das Original oder eine beglaubigte Abschrift desselben findet sich weder im Archiv in Stuttgart, noch in Karlsruhe. Die Fassung dieser Bulle lautet an einigen Stellen etwas verdächtig, wenn auch anzunehmen ist, dass die in den Anmerkungen erfassten Fehler dem Abdruck bei Gerbert oder einer von ihm verwendeten unrichtigen Abschrift zur Last fallen.

^eIm Original vermutlich hinter *tenorem: sciens*.

^fIm Original sicher statt des vor und hinter *Petri et Pauli* gesetzten *apostolorum* nur das nachgesetzte.

^gGerbert hat stattdessen arabische Zahlzeichen.

^hIm Original stand vermutlich statt *domini* eine Abkürzung davon oder *domni* bzw. *donni*.

Überlieferung und Publikationen

Regesten:

PHILIPP JAFFÉ (HRSG.): Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII, 2. verb. und verm. Aufl. bearb. von Samuel Löwenfeld, Ferdinand Kaltenbrunner und Paul Ewald, 2 Bde., Leipzig 1885-88 7987. Germania pontificia, Bd. 2,1, S. 203, Nr. 11.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Lateran

Ortsindex:

Aasen Wohnplatz (12923)
 Aasen, Donaueschingen, VS
 Achern Wohnplatz (10339)
 Achern, OG
 Achkarren Wohnplatz (9532)
 Achkarren, Vogtsburg im Kaiserstuhl, FR
 Adlersbach (Vorderer Hof) Aufgegangen (33803)
 Adlersbach (Vorderer Hof), aufgeg. in Einbach, Hausach OG
 Adlersbach Wohnplatz (10679)
 Adlersbach, Hausach, OG
 Altheim Wohnplatz (7453)
 Altheim, Horb am Neckar, FDS
 Altlixheim (Vieux-Lixheim), Dep. Moselle, Frankreich
 Amtenhausen Wohnplatz (14085)
 Amtenhausen, Immendingen, TUT
 Ballmertshofen Wohnplatz (4019)
 Ballmertshofen, Dischingen, HDH
 Beckhofen Wohnplatz (13995)
 Beckhofen, Brigachtal, VS
 Bergbieten, Dep. Bas-Rhin, Frankreich
 Blansingen Wohnplatz (14842)
 Blansingen, Efringen-Kirchen, LÖ
 Dauchingen Wohnplatz (12919)
 Dauchingen, VS
 Degernau Wohnplatz (17285)
 Degernau, Ingoldingen, BC
 Dietenhofen Wohnplatz (19219)
 Dietenhofen, Berg, RV
 Eckbolsheim, Dep. Bas-Rhin, Frankreich
 Eckha
 Ehestetten Wohnplatz (15866)
 Ehestetten, Hayingen, RT
 Einbach : Hausach OG
 Einbach Wohnplatz (10682)
 Eendingen am Kaiserstuhl EM
 Eendingen am Kaiserstuhl Gemeinde (9804)
 Flözlingen Wohnplatz (12782)
 Flözlingen, Zimmern ob Rottweil, RW
 Friedenweiler Wohnplatz (8265)
 Friedenweiler, FR

Fützen Wohnplatz (12860)
 Fützen, Blumberg, VS
 Gaugenwald Wohnplatz (6881)
 Gaugenwald, Neuweiler, CW
 Gebersweiler (Gueberschwihl), Dep. Haut-Rhin, Frankreich
 Grüningen Wohnplatz (12932)
 Grüningen, Donaueschingen, VS
 Hagenau, Dep. Bas-Rhin, Frankreich
 Ingoldingen Wohnplatz (17292)
 Ingoldingen, BC
 Kems Wohnplatz (7806)
 Kems, Bad Krozingen, FR
 Kleinkems Wohnplatz (14849)
 Kleinkems, Efringen-Kirchen, LÖ
 Königseggwald Wohnplatz (19774)
 Königseggwald, RV
 Leidringen Wohnplatz (16507)
 Leidringen, Rosenfeld, BL
 Meyenheimsweiler
 Müllheim Wohnplatz (8698)
 Müllheim, FR
 Niederschopfheim Wohnplatz (10819)
 Niederschopfheim, Hohberg, OG
 Oberschaeffolsheim, Dep. Bas-Rhin, Frankreich
 Oberschopfheim Wohnplatz (10552)
 Oberschopfheim, Friesenheim, OG
 Osthofen, Dep. Bas-Rhin, Frankreich
 Osthouse, Dep. Bas-Rhin, Frankreich
 Owingen Wohnplatz (16395)
 Owingen Wohnplatz (18201)
 Owingen, FN
 Owingen, Haigerloch, BL
 Rom, Latium, Italien
 Saint-Jean-Saverne, Dep. Bas-Rhin, Frankreich
 Schlatt Wohnplatz (7809)
 Schlatt, Bad Krozingen, FR
 Schopfheim Wohnplatz (15016)
 Schopfheim, LÖ
 Schwenningen Wohnplatz (13970)
 Schwenningen, Villingen-Schwenningen, VS
 St. Georgen im Schwarzwald Wohnplatz (13402)
 St. Georgen im Schwarzwald, VS
 Steneneswilare
 Stetten Wohnplatz (12785)
 Stetten Wohnplatz (4721)
 Stetten, Neresheim, AA
 Stetten, Zimmern ob Rottweil, RW
 Trudenheim Wüstung (23275)
 Trudenheim, Neuried, OG, W
 Täbingen Wohnplatz (16517)
 Täbingen, Rosenfeld, BL
 Untermagerbein, Mönchsdeggingen, DON
 Vockenhausen Wüstung (23388)
 Vockenhausen, Villingen-Schwenningen, VS, W
 Walda
 Wilffingen Wohnplatz (12779)
 Wilffingen, Wellendingen, RW
 Worms, WO
 Öfingen Wohnplatz (12839)
 Öfingen, Bad Dürkheim, VS